

- §. IV. De cæteris Remediis, Appellationi affinis.
- 209 **Q**uartum Remedium, Appellationi affine, est *Supplicatio*, quæ petitur à Principe, ut sententia, à qua nequit appellari, denuò cum antea actis recognoscatur, & reformetur.
- 210 **D**ixi: *sententia, à qua nequit appellari*; quod non ita velim intelligi, quòd supplicare liceat ab omni sententia, quæ ex natura sua non admittit Appellationem, sed tantum ab ea, quæ respicit Appellationem ex accidenti: vel quia lata est in Dicasterio Summo; vel quia emanavit in Dicasterio subordinato quidem, privilegium tamen de non-appellando habente; vel quia concernit summam, ex speciali constitutione inappellabilem per textum in *l. un. Cod. de Sentent. Præs. Prætor. Recept. Imp. Depur. 1600. §. 68* solum ab *16. Recept. Imp. de Anno 1654. §. doch* mit *difem Jusf. 173. Stryck in Introduct. ad praxin forens. cap. 27. §. 30. Lauterb. ad tit. ff. Qua Sententia sine Appellat. rescind. §. 5.*
- 211 Potest hæc supplicatio fieri per integrum biennium *d. l. un. Nov. 119. cap. 5.* Melius tamen est, ut intra decendum fiat: seribus enim si moveatur, non suspendit executionem, uti suspendit, si moveatur intra 10. dies, datisque fideiussoribus cautio præstetur. *Auth. qua Supplicatio Cod. de Appellat. Lauterbach. d. §. Miller ad Struv. exercit. 50. thes. 26. lit. e. & in fin.*
- 212 Quintum remedium est *Revisio*, quæ petitur à Principe, ut sententiam, à qua non licet appellare, unà cum actis revideat, ac, si comperit injustam esse, reformet. *Brunnem. de Proc. cap. 28. n. 118.* Convenit in omnibus ferè cum Supplicatione, solumque devolutivum, non etiam suspensivum effectum operatur; petitur tamen intra 4. menses, & exigitur ab adversario, executionem impetrante, cautio de restituendo iudicato, ubi succubuerit in Revisorio. Videatur *d. Recept. Imp. de Anno 1654. §. 124. & seqq. Brun. d. l. n. 119. & seqq. Lauterb. d. l. §. 6. & 7.*
- 214 Sextum remedium est *Restitutio in integrum*, quæ petitur, ut sententia antecessens, quæ tranlit in rem iudicatum, rescindatur, ut mo-



LI-

LIBER III.
DECRETALIUM GREGORII
PAPÆ, HUIUS NOMINIS IX.
PRÆLOQUIUM.

Quam latè pateat Liber III. Decretalium, ostendunt 50. Tituli, quos complectitur; demonstrat amplissima, quæ singulifèrè Tituli sciant, materia. Nempe non tantum ea, quæ Personas, Res, aut Jura Ecclesiastica concernunt, ibidem occurrunt discutienda; sed etiam pleraque, quæ profana & adiaphora sunt, ac quòvis modò ad triplex Juris objectum referuntur, se se dispicienda offerunt. Diu propterea deliberavi, quâ ratione triam hucusque semitam prosequi, usitatam antehac & familiarem mihi methodum tenere, totumque Librum in suas partes & tractatus justò ordine distribuere velim aut valeam.

Tandem consilio, ut opinor, non malò constitui, quadruplicem efformare tractatum, in quorum I. materia purè Canonica expendatur; in II. Jus Proprietatis, quod Clericis & aliis in rebus propriis & alienis competit, examinetur; in III. Pacta & Contractus, quibus inter vivos Jus Proprietatis acquiritur, ponantur; in IV. Successio hæreditaria, quæ post mortem alterius capiuntur bona, ventiletur.

Hoc consilium, si perinde aliis, ut mihi, placeat; non parum Jurisprudentiæ meæ gratulor. Sin displiceat; saltem ut intentio mea ab æquis rerum arbitris æqui bonique consulatur, enixè precor.

Pp

TRA-

TRACTATUS I.

DE

PERSONIS, REBUS,
ET JURIBUS ECCLESIA-
STICIS.

Materia digniore, seu purè Canonica, Librum III. Decretalium auspicio, sub rubrica & titulo de *Personis, Rebus, & Juribus Ecclesiasticis*. Nec ineptè. Quidquid enim intra sphaeram & ambitum materiae Canonicae seu Ecclesiasticae continetur, atque in memorato Libro tractatur, ad *Personas, Res, aut Jura* pertinet. Utque triplex hoc argumentum absque confusione lectorum commo- do deserviat; illud in tres partes distinguo.

PARS I.

DE PERSONIS ECCLESIASTICIS.

CAPUT I.

De Personis Ecclesiasticis in genere.

Personae Ecclesiasticae, quibus primam hujusce tractatus partem consero, pos- sunt considerari vel genericè, vel specificè. Genericè consideratae compre- hendunt omnes, quotquot ad Statum Ecclesiasticum spectant. Specificè con- sideratae vel solos Clericos Saeculares, vel solos Regulares includunt. Generica con- sideratio praecellit specificæ; & ne una vel altera claudicare videatur; praemittitur

SECTIO I.

De Personis in communi.

SUMMARI A.

1. Descriptio persona. 2. & seq. Est homo. 4. In Societate Civili. 5. Vivens. 6. & seq. Ab aetate dividitur homo in infantes. 8. & seq. Pueri. 10. & seq. Puberes & adolescentes. 12. & seq. Juvenes. 14. Senes. 15. & seq. A statu libertatis alii sunt liberi. 17. Alii liberi. 18. Alii servi. 19. & seq. Modi servitutem inducendi. 21. & seq. Jus dominorum in ser- viti. 24. & seq. Varii modi libertatem conse- quendi. 26. & seq. Modus ordinarius est ma- numissio. 28. & seq. Quae inter vivos diversi- mode peragebatur. 34. & seq. Uti & per ul- timam voluntatem. 38. Manumissio tribuit omnibus aequalem libertatem. 39. & seq. Ma- numissori remanet jus patronatus cum annexis excoegativis. 43. In quaestione de statu liberta- tis datur actio liberalis causa. 44. De statu li- bertinitatis competit actio libertinitatis. 45. & seq. Ostenditur utilitas hujus materiae in homi- nibus propriis. 49. & seq. Indicatur actio, inde conjungens. 52. & seq. Astatu Civitatis homines aliqui sunt cives. 55. Cives si nascun- tate. 56. Vel assumptione. 57. Qui non est civis, est incolta. 58. & seq. Jus civitatis con- sistit in honoribus. 63. & seq. Nec non in iuribus, quae multipliciter retententur. 70. De cau- sis se excusandi à delatione minorum remissio. 71. & seq. Alii sunt peregrini. 73. Quidam deportati. 74. Relegati. 75. Aut interditi. 76. Astatu familia homines sunt aut pa- tres, aut filii familias. 77. & seq. Potestas patria conjungit ex justis nuptiis. 79. Respectu om-

Quid & quoduplex sit Persona, ab aetate considerata?

nium descendendum. 80. De Jure Romano. 81. Conjurgetur etiam ex legitimatione. 82. Item ex adoptione. 83. Si perfectus sit. 84. & seq. Et arrogatione, rite facta. 88. De effectu patri-

potestatis. 89. & seq. Modi, quibus patria potestas solvitur. 94. Suggestum actio filiationis, quando agitur de statu familiae. 95. De di- visione à conditione natalium remissio.

§. I.

Quid & quoduplex sit Persona, ab Aetate considerata?

1. Antequam Personam Ecclesiasticam ob oculos ponamus, nosse juverit, quid, & quoduplex sit persona in communi? Quid sit persona docent plerique Interpretes ad tit. *Instit. de Jure Pers. & tit. ff. de Statu hom. Et scilicet homo, in societate Civili vivens.*
2. Dixi I. homo, per quem intelligo non solum masculos, sed etiam foeminas: utpote cum & Jure humano foeminae sub hominis appellatione continentur l. hominis 152. ff. de V. S. & Jure Divino cap. 1. *Genes. vers. 27. ibi: creavit DEUS hominem ad imaginem suam: masculum & foeminam creavit eos;* sicut masculi subinde per excellentiam homines & imagines DEI nuncupentur cap. haec imago 13. cap. mulier 19. XXXIII.
3. Quin & hermaphroditus, qui partici- pat de utroque sexu, sine dubio sub hominis appellatione continetur, ita tamen, ut ad sexum, qui praevalet, referatur; & si uterque sit aequalis, ad eum, quem elegerit, desinetur. l. quaritur 10. ff. de Statu homin. l. repetundarum 15. §. 1. ff. de Testib. Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 106. n. 3.
4. Dixi II. in societate Civili. Cum enim Jura tam Civilia quam Pontificia non in personas singulas, sed in communitates seu homines in societate collectim viventes, constituantur: hinc, ubi de persona agitur, homo non con- sideratur praecise quatenus homo, sed quatenus in societate Civili positus, ac variis juribus & obligationibus est obnoxius.
5. Dixi III. vivens. Equidem subinde posthu- mus, & qui in utero latet, sive jam animatus si- ve inanimatus sit, habetur pro persona vivente, quoties scilicet agitur de ipsius commo- do l. qui in utero 7. l. qui in utero 26. ff. de S. H. Sed fictio tantum Juris non veritas est, posthumos viventium jure censerit, ne videlicet damnum subeant, antequam id sentire vel amovere possint.
6. Dividitur persona seu homo in societate Civili existens variè. Prima divisio sumitur ab aetate. Ab hac aliqui dicuntur infantes, pueri, puberes, juvenes, viri, senes. Infantes sunt, qui sari non possunt l. mulier 70. ff. de V. O. hoc est, qui expedire, ordinare, ac cum ratione loqui non possunt. Paulus Zacchias *Quaest. Me- dico. Legal. lib. 1. tit. 1. q. 3. n. 2. & 3.* Et, quia communiter ante septennium homines non rectè loquuntur, hinc infantes usque ad septennium completum in Jure dicuntur l. in sponsalibus 14. ff. de Sponfal. l. si infans 18. in pr. & §. ult. Cod. de Jure deliberandi. Pueri, quam- quam in fœtu latiore tam infantes quam ado- lescentes vocentur, propriè tamen id duntaxat vocari debent, qui, annos infantiae egressi,

pubertatem necdum attigerunt, cap. pueris 1. & cap. seq. de Delict. pueror. l. ult. §. ult. Cod. de Bon. qua lib. dicti propterea impuberes cap. pube- res 3. de Sponfal. impub. Farinacius praxi Crimi- min. p. 2. tom. 1. lib. 1. q. 42. n. 6. Zacchias d. lib. 1. tit. 1. q. 4. n. 7. & seqq. Et isti, perinde ac infantes, si patrem non habeant, sed pupilli sint, tutorum auctoritati & potestati subfunt. l. s. Inst. ff. & Cod. de Tutor. Puberes sunt, qui pubertatem, hoc est, aetatem, ad generan- dum idoneam, sunt adepti; quales censentur masculi, qui decimum quartum; & foeminae, quae duodecimum annum compleverunt d. cap. puberes pr. Inst. Quib. mod. tut. finit. l. ult. Cod. Quando tutor vel curat. esse desin. Hic etiam adolescentes vocantur ab adolescendo: quia hoc tempore usque ad majorenitatem corpus adolescere, sive incrementum sumere consuevit. Zacchias d. l. q. 6. n. 1. Vocantur etiam minores, usque dum annum vige- simum quintum expleverunt l. denique 2. §. 3. & l. 1. §. de Minorib. Ac si patre careant, plerumque quoad patrimonii administrationem à curatorum arbitrio dependent praeterquam in causis spiritualibus, in quibus non minus quam majorenes liberam agendi & defendendi facultatem habent per cap. ult. in princ. de Judic. in 6. Faventi sunt, qui totius cor- poris vigorem, justamque membrorum sym- metriam acceperunt; id quod plerumque so- let contingere anno vigesimo quinto: ideò que etiam majorenes, justaque legitima, ro- bustae, ac perfecta aetatis homines appellan- tur per textum in l. cum filio 50. §. per. & ult. Leon. aliter 69. §. un. in fin. ff. de Legat. 3. l. si maritus 15. §. 6. ff. ad L. Jul. de adulter. l. ad rempubli- cam 8. ff. de Muner. & honor. l. ult. Cod. de his qui ven. aet. l. ult. in fine princ. Cod. de Bonis qua libe- ris in potestate patris &c. Atque haec aetas censetur in Jure nostro durare usque ad senes- cutem per d. l. non aliter 69. §. un. in fin. ff. de Legat. 3. Clariss. D. Collega Franz ad Inst. lib. 1. tit. 3. §. 6. n. 19. Licet aetas virilis, seu anno- rum, vigoris, ac roboris consistentia, post an- num trigessimum succedere dicatur à Medicis, prout pluribus explanat cit. Zacchias lib. 1. q. 8. per tot. Senes determinatum in Jure nu- merum annorum propterea non habent, quia pro morborum, curarum, temperamentorum, victus, studiorum &c. diversitate hic idus, alii tardius senescunt. Zacchias d. l. q. 9. n. 16. & seqq. Unde in materia, in qua nihil de aetate senili Jura disposuerunt, ad Judicis arbitrium recurrendum esse, cum Menochio de Arbitrat. Jud. quaest. lib. 2. casu 59. n. 3. sentit D. Collega loc. cit.

§. II. Quotuplex sit Persona, à statu Libertatis considerata?

15 **S**tatus personæ triplex est, Libertatis, Civitatis, & Familiae. A statu Libertatis alii sunt liberi; alii servi. Liberi dicuntur, qui potestati dominicæ non subiecti, quæcunque Jure Gentium concessa sunt, agere possunt. Et hi, si statim à natiuitate libertatem habeant (sicut ex generali præsumptione quilibet, qui natus est ex matre, quæ vel unio momento gestati uteri libera fuit, naturaliter liber esse censetur)

16 **G**entium concessa sunt, agere possunt. Et hi, si statim à natiuitate libertatem habeant (sicut ex generali præsumptione quilibet, qui natus est ex matre, quæ vel unio momento gestati uteri libera fuit, naturaliter liber esse censetur)

17 **V**ocantur ingenui pr. Inst. de Ingen. Sin autem aliquando in seruitutem redacti, vel, ut tales geniti, & postea manumissi fuerint, liberti nominantur. pr. Inst. de Libertis. in fi.

18 **S**ervi sunt, qui potestati dominicæ subiecti nec ea, quæ Jure Gentium, nec ea, quæ Jure Civili concessa non sunt, agere permittuntur. arg. §. servitus 2. Inst. de Jure Person. Idque vel provenit à natiuitate, vel ex causa subsequenti. A natiuitate, vel ex causa subsequenti.

19 **N**ati sunt ex matre, quæ toto uteri gestati tempore fuit ancilla, tamen pater liber extiterit. l. ex servorum §. 2. & 3. ff. de S. H. quia partus quoad rationem statim ventrem sequitur. l. per 20 **C**ausa subsequenti. Ex causa subsequenti servitus inducitur tum captivitate in bello justo; tum venditione, quæ liber homo 20. annorum pretii participandi gratiâ, seu venditari passus est §. servi autem 4. Inst. de Jure Personar.

21 **D**eterrima servorum conditionem apud Romanos & Germanos fuisse, incognito est. Nam I. de Jure Civili per nullis vel hominibus sine capite habebantur. l. quod utines 32. ff. de 22 **R. J.** II. quoad res & personas erant obligati suo domino; cui proinde non tantum operas reales, sed etiam personales exhibere, & si vellet, etiam illis easdem operas præstare 23 **tenebantur** r. i. ff. de Operis Servor. III. dominus non tantum in res, à servo acquiritas, sed etiam in ipsam personam plenissimum habebat dominium; & si credamus Imperatori in §. in potestate 1. Inst. de bis, qui sui vel alieni juris &c. jus vite & necis in seruum domino competebat; licet postea, ut meminit idem Imperator in §. sed hoc 2. d. r. id limitatum & ordinatum sit ut non liceat, sine causa legitimè cogita in seruos supra modum servire.

24 **C**essabat servitus quandoque per jus aureorum annulorum, seu licentiam, portandi annulos aureos, concessam r. i. ff. de Jure Aur. Annul. aut restitutionem Natalium, à Principe 25 **indultam** r. i. ff. de Natal. restit. Quandoque cessabat per ipsam Legem, veluti dum servus ob gravem infirmitatem à domino habitus erat pro derelicto l. seruo 2. ff. Qui sine manumissis, aut necem domini detegebat l. qui ob §. 2. ff. eod.

26 **P**recipue tamen solvebatur per manumissionem, quæ dominus quilibet (dummodò fuerit certæ ætatis, nempe ex L. Julia Sentia 20. annorum; ex Constitutione, verò Imperatoria 18. annorum inchoativè,

ante quam non licebat inter vivos sine justa causa manumittere §. eadem 4. §. iusta autem §. ult. Inst. quibus ex caus. manumitt. non licet.) sive privatus, sive universitates quædam fuerit, 27 **decreto** tamen ordinis accesserit, poterat unum; & sublatâ lege Fusâ Caninâ, plures servos è potestate dimittere pr. Inst. de Libertis. & c. r. Inst. de Leg. Pus. Can. toll. l. Divus 1. ff. de Manumissis, qua servis &c. dummodò nec affectivè, nec effectivè cederet in fraudem creditorum §. in fraudem 3. Inst. Quib. ex caus. manumitt. Etque manumissio aut fiebat inter vivos, aut 28 **ultimâ voluntate**. Inter vivos variè accidebat. I. per epistolam, à §. testibus subscriptam, & ad servum transmissam, quæ dominus ei concessam libertatem denuntiabat l. un. §. 1. Cod. de Libert. lat. tol. II. inter amicos, quando dominus in præsentia §. testium voluntate suam de libertate danda explicavit. d. un. §. 2. III. per mensam, quando dominus, ser- 30 **vum liberaturus**, ipsum ad convivium, Cæna libera dictum, invitavit. Lauterb. ad tit. ff. de Manumissis, §. 3. IV. per censum: nam ubi, jubente vel permitte domino, servus inter Romanos censum profitebatur, ille liber & civis Romanorum efficiebatur. Lauterbach d. l. §. 1. V. in Ecclesia, ad quam servus, pro- 32 **priâ domini manu** productus, & liber esse justus est §. multis 1. Inst. de Libertis, l. jam dudum 1. l. qui religio 2. Cod. de His, qui in Ecclesiis &c. VI. per vindictam; cujus equidem forma non 33 **equaliter à DD.** describitur; atamen ex communi opinione apud Prætores peragi solebat, caputque servi tum à lictore, cum in libertatem vindicant; tum à domino, eundem liberum asserente, virgulâ Prætorâ percutiebatur d. §. multis 1. Inst. de Libertis, l. apud Prætores 1. l. manumissio 23. ff. de Manumissis, vind.

Ultimâ voluntate manumissio celebrabatur 34 **aut directè**, servum scilicet per testamentum, vel codicillum, testamentò confirmatum, hæredem instituendò cor. tit. & l. libertates 43. ff. de Manumissis, rest. qui proinde, testatore mortuò, per impositionem pilei, aditâ hæreditate, evasit libertus ipsius testatoris, nullum agnoscens patronum; & orcinus appellatus l. cum 35 **testamento** 4. l. directis 10. Cod. d. r. aut indirectè; §. per fideicommissum, hæredem nempe rogandò, ut servum manumittat cor. tit. & l. alieno 31. §. 1. l. in testamento 38. ff. de Fideicommissis, l. libertas. ita ut manumissus illius evaserit libertus, ejus fidei manumissio committebatur §. libertas 2. Inst. de Singul. reb. per fideicommissis, restit. Quamquam hæc libertas non tantum ab ipso testatore vel fideicommittente revocari, sed etiam expost facto potuerit adimi, quando v.g. servus tacitam fidem testatori in fraudem Legis accommodavit l. un. ff. de Adempt. libertat. l. in fraudem 10. in pr. ff. de bis, quæ ab indignis. Quodsi sub conditione vel die libertas data 37 **fuisse**,

fuisse, interim, donec extiterit dies aut conditio, statim liber quis dicebatur, licet servus hæredis manserit l. statim 1. in pr. l. statim liberum 9. in pr. ff. de Statu liber.

38 **Manumissio**, recensitis modis peracta, non æqualem semper libertatem tribuebat, servatâ quondam distinctione inter libertos Romanos, Latinos, & dedititios; quam tamen Justinianus in §. ult. Inst. de Libertis, sustulit, & omnibus libertis æqualem libertatem concessit; remanente, tamen jure Patronatus penes manumittentem, ratione cujus libertus manet obligatus l. ad gratitudinem & reverentiam, Patrono exhibendam tam intra quam extra judicium, prout à Jureperitis in propriis locis explicari solet, traduntque Interpretes ad tit. ff. de Oblig. parent. & patron. pr. §. and. & si fuerit ingratus aut irreverens, rursus in servitutem revocari potest l. si manumissus 2. Libertis 3. 40 **Cod. de Libert. & cor. liber.** II. ad operas Patrono præstandas, tum officiales, quæ consistunt in officio & ministerio personæ, tum fabriles seu artificiales, quæ in artificio sunt positæ r. i. ff. de Operis libertor. III. ad portionem aliquam bonorum, dimidiam nempe Patrono relinquendam, si, liberos naturales non habens, testatus decedere, & bonorum possessionem contra tabulas evitare velit. r. i. ff. de 42 **Bonis libertor.** Hocque jus Patronatus idem erat apud personas singulares, & integras communitates seu universitates r. i. ff. de Libert. universit. poteratque ad Successores in communitate, vel ad hæredes Patroni transmitti; ita tamen, ut, cum indivisibile videretur l. ult. ff. de Jure Patron. uni ex liberis in solidum, cui parens manumissor libertum assignare volebat, cederet r. i. ff. de Assignand. libert.

43 **P**orrò si qua sit inter dominum & servum de statu libertatis aut servitutis emergat, datur actio præjudicialis, quæ vocatur liberalis causa; quæque competit vel servo, ad libertatem proclamanti, contra dominum; vel domino, servitutem pretendenti, contra servum. Vid. rot. tit. ff. de Liberali causa; & r. i. ff. Quibus ad libertatem proclamare non licet &c. Manz in rr. de actio. pag. m. 183. n. 16. Clariss. D. Franz ad lib. 4. Institut. p. 4. sect. 2. per rot.

44 **S**in autem inter patronum & libertum controversia suboriatur, datur actio præjudicialis, vel libertinitatis, vel ingenuitatis, quæ vel agit ingenuus contra Patronum, falsò pro tali se jactitantem; vel Patronus contra libertum, se pro ingenuo gerentem r. i. ff. Si ingenuus esse dicetur. Manz d. l. n. 11. D. Franz cit. l. sect. 3. per rot.

45 **H**odie, cum servitus apud Christianas Gentes exoleverit, eò quòd durum, & à pietate Christiana reputetur alienum, hominem, libertate & hæreditate filiorum DEI insignitum,

ab alio homine adinstar bestie tractari Covarruv. p. 2. relect. cap. peccatum de R. J. in 6. §. 11. n. 6. Stryck in usu mod. pand. ad tit. de S. H. §. 1. & seqq. hæcenus explanata divisio hominum in servos & liberos parum conducere videri posset. Nihilotamen minus, cum non pauca servitutis vestigia conspiciantur in hominibus propriis, vulgò seibeigen, qui cum fundis colendis quasi adscripti & mancipati sint, adscriptitii, eorumque descendentes originarij nuncupantur, uti notatum in Lib. I. rr. IV. cap. ult. à n. 566. synoptica servitutis Romana notitia non erit infructuosa. Quan- 47 **tumvis enim in mea sententia, cit. l. num. 568.** insinuatâ, homines proprii magis ad liberos quam servos accedant: quippe cum instar hominum liberorum matrimonium celebrent, contractus inænant, testamenta condant, si modo sua Domino potestas salva maneat. Stryck ad cit. tit. de statu hom. §. 6. & seqq. Jacobus Ott von der Leibeigenschaft puncto 2. pag. m. 9. Fridericus Hufanus de Homib. propr. cap. 6. quest. princ. 4. part. prior. membri 1. nam. 20. & seqq. At tamen servorum conditionem imitantur 48 **in eo, quòd domino sint obligati ad reverentiam & obedientiam; quòd adscripti & alligati sint fundo, nec possint ab eo sine licentia domini discedere; quòd à domino cum & sine fundo alienari valeant; quòd certam subinde portionem eidem in testamento & ab intestato relinquere debeant; quòd operas reales & personales, & quidem subinde gratis, domino præstare cogantur; quòd ante manumissionem, à domino impetratam, nec ad honores politicos nec ad Ordines aut dignitates Ecclesiasticas promoveri queant; quos & plures effectus (qui juxta locorum multiples consuetudines diversi sunt) passim recensent DD. Hufanus d. cap. 6. per rot. Stamm de servit. personali lib. 3. cap. 2. num. 3. & cap. 24. per rot. Manz in rr. de act. pag. m. 184. n. 18. & seqq. Erhard de Operis rusticor. conclusi. 5. Stryck cit. l. §. 9.**

Datur hinc utilis actio tum liberalis causa, 49 **tum libertinitatis**, si vel dominus vel homo proprius injuriam sibi fieri existimet, veluti notant Manz d. rr. pag. m. 188. n. 11. & seqq. Harprecht ad §. præjudiciales 13. Inst. de Actio. n. 5. & 7. Clariss. D. Franz ad tit. de Actio. p. 4. sect. 2. n. 4. & sect. 3. n. 5. Quodsi manumissus fuerint homines proprii, tenentur manumissori ad reverentiam & gratitudinem, esto manumissionem non gratis, sed datò pretiò, receperint. Stamm de servit. person. d. lib. 3. cap. 37. n. 15. & si commiserit ingratitude, adversus dominum aut ejus liberos, nulli actione ingrati ad pristinam conditionem & quasi-servitutem repeti possunt. Stamm d. l. n. 16.

§. III. Quotuplex sit Persona, à statu Civitatis considerata?

52 **A** Statu Civitatis homines dividuntur in cives & peregrinos. Cives aut confide-

rantur respectu Civitatis Communis seu Romanæ; aut considerantur respectu Civitatis parti-

particularis, in qua morantur. In priori sensu Civis est persona, quæ iurium & prerogativarum Juris Civilis Romani communionem habet. In posteriori sensu, juxta descriptionem Stryckii in *usu mod. ad tit. ff. de Municip. cap. 1.* est persona, quæ in munerum Civium relata, Magistratui Civitatis se se obligat ad utilitatem Civitatis promovendam, & obedientiam præstandam, jure communi civium fruens.

54 Dicitur etiam in eodem sensu municeps, seu particeps munerum & dignitatum per *l. municipem 1. §. 1. ff. d. t.* Quamquam in rigore loquendo non alii cives, ac qui in urbibus municipalibus, Imperatori & Imperio immediate non subiectis, habitant, municipium nomine denotentur. Lauterbach ad *ff. d. t. §. 3.*

55 Civis Romanus est, qui est subditus Imperii Romani. Civis municipalis aut nascitur, aut fit. Civis nascitur, qui generatur a cive, seu cuius pater tempore natiuitatis in aliquo loco civitatis habitavit *l. municipem 1. in pr. & §. 2. ff. ad Municip. l. municipes 228. ff. de V. S.*

56 Civis fit assumptione, receptione, vel concessione juris civitatis; ubi plerumque requiritur, ut noviter recipiendus in civitatem habeat literas legitimorum natalium, nec non legitimi discensus à priori domicilio; item ut juramentum præstet, certam pecunie summam deponat, & matriculæ civium inferatur. *Struv. exercit. ad ff. 50. th. 50. & seq. Miller ib. in not. Lauterbach cit. l. §. 8. Stryck ib. §. 7. & seq.*

57 Jus civitatis, ac communium iurium participationem si quis non habeat, etiam in loco habitat, & illius Jurisdictione ac protectione fruatur, non tamen civis sed incolæ dicitur *l. pupillus 239. §. 2. ff. de V. S.*

58 Jus potius Civitatis præcipue consistit in muneribus & honoribus. Honor est quædam præminentia, quæ unus alteri præstat, aut Republicam cum gradu dignitatis administrat, ut loquitur textus in *l. honor 14. in pr. ff. de Minorib.* Sic in honore sunt Magistratus Municipales *l. cum muneris 12. ff. d. t. Duumviri & Defensores Civitatum, de quibus in lib. 60. tract. de Jurisdic. cap. 6. n. 146. & seq.* Sic etiam in honore sunt Decuriones, de quibus *cit. l. n. 145.* ut pote consilio publico præpositi, siveque curiæ curatores & senatores; ac præditi facultate faciendi decreta, seu ordinationes & statuta municipalia, de iis, quæ pertinent ad salutem & incolumitatem totius civitatis *l. n. ff. de Decret. ab Ordine faciend. Horum unusquisque ex Romanorum LL. ordinatione suo ordine in albo describebatur, ac, quò loco descriptus reperiebatur, eò ordine suffragia sua consignare debebat. *l. decuriones 1. in pr. ff. de Albo scribendo.* Sic etiam in honore sunt Legati, qui peregrè mittuntur, ut negotia Republicæ expediant: repræsentent enim ipsam Republicam, illiusque respectu omni officiorum & obsequiorum genere honorantur. De eorum admissione & securitate revideri possunt dicta in *cit. lib. 1. tr. l. cap. 4. n. 39. & seq.**

63 Munus hic vocatur donum, quod ex aliqua

necessitate præstatur *l. munus 214. ff. de V. S.* Idque triplex assignatur, personale, reale, & mixtum *l. munerum 18. in pr. ff. de Munerib. & honorib. Personale est, quod respicit personam, ac animi sollicitudine, vel labore corporis expeditur. *d. l. munerum 18. §. 1.* Et hoc quoad doque est honorificum, seu ipsemet honor *l. rescripto 6. §. 3. ff. d. t.* Cujusmodi munus non cuilibet, sed honorificioribus, & insigniores animi dotes habentibus confertur. *l. honor. 14. §. 3. ff. d. t.* & quidem gradatim, ut per inferiores honorum gradus ad superiores ascendatur *l. us gradatim 11. in pr. ff. eod.* Sæpius autem est *non-honorificum*, & vel omnino *fordidum*, quod scilicet solò corporis labore & sudore perficitur, & idèò personis honorificioribus non imponitur *l. maximam 12. Cod. de Excusat. muner. vel qual. medium. quod nempe non tam corpore, quam animò geritur. Mundius à Rodbach in tract. de Munerib. & honorib. cap. 1. num. 185.* proindeque vix non omnibus regulariter dicitur *l. prator 13. §. 2. ff. de Vacat. & Excusat. quale est tutela & cura, de qua suo loco; administrationis rerum, ad civitatem pertinentium, de qua extat *tit. de Administrat. rer. ad Civit. pertin. cura operum publicorum, de qua *tit. de Oper. publ. Reale seu patrimoniale est, quod respicit rem aut patrimonium, atque ex illius bonis præstatur; quò pertinent tributa, hospitationes seu receptiones militum, reparaciones viarum publicarum, fontium, stipendium &c. *l. & qui 3. §. 13. & 14. l. munerum 18. §. 21. & seq. ff. de Muner.* Cujusmodi munera tenentur omnes præstare, qui rem aut bonum aliquod in loco possident; nisi specialiter rebus propter earum possessores indicantur, ut censetur collectæ extraordinariæ v. g. capitaciones *l. rescripto 6. §. 4. & 5. d. l. munerum 18. §. 21.* Mundius *d. tr. cap. 13. & 4. per 101.* Mixtum est, quod labore corporis, & interdum cum gerentis damno, suscipitur *d. l. 18. §. 26.* licet & illud onus, quod partim intuitu rei, partim intuitu personæ indicitur, mixtum appellari valeat. Mundius *d. cap. 4. n. 1.* Quenam potius sint causæ, ex quibus aliquis ab ejusmodi muneribus vacare, se excusare, vel immunitatem pretendere valeat, exponunt DD. scribentes ad *tit. ff. de Vacat. & excusat. muner.* & Rodbach *cit. tr. cap. 6. per 101.* & quoad personas Ecclesiasticas exponam ego in *p. 3. cap. ult. sect. 2. & 3.*****

Peregrini vocantur partim eos, qui iurium & prerogativarum Juris Civilis Romani capaces non sunt; quales censentur omnes, qui extra limites Imperii Romani consistunt; licet ex privilegio generali omnes externi modò communionem Jurium Civilium generallium acceperint per textum in *l. in orbe 17. ff. de Statu hom. & Auth. omnes peregrini Cod. Commun. de Successionib.* Lauterbach ad *tit. ff. de Statu hom. §. 21.* partim illos, qui in aliqua civitate vel loco nec cives nec incolæ sunt, illuc tamen veniunt, non longò tempore commorantur, sed, ubi negotia sua composuerunt, statim abeunt.

Quodsi

73 Quodsi quis ob delictum vel ad certum locum; ut ibi perpetuo maneat, dimitatur, aut extra Romanum Imperium ejiciatur, dicitur de Jure Romano deportatus, & de Jure Moderno *hannitus* appellatur; amittitque jura Civilia, testamenti factionem, potestatem patriam, actiones & cætera beneficia *l. inter patnas 6. in pr. ff. de Interd. & relegat. Ord. Cam. 74p. 2. r. 9. §. 2. & 19.* Sin autem extra pro-

vinciam aut certam civitatem quis dimitatur, *relegatus* appellatur, retinetque jura & bona civitatis suæ *l. relegati 4. l. relegatorum 7. §. 3. ff. d. t. Stryck ib. §. 8.* Et, si cui, in 75 civitate manenti, exercitium certi muneris vel officii, v. g. senatoris, Judicis, Advocati &c. prohibeatur, *interdictus* nuncupatur. *d. l. relegatorum 7. §. 10. & seq. Stryck ad eund. tit. §. 1.*

§. IV.

Quotuplex sit Persona, à statu Familiae considerata?

76 A Statu Familiae dividuntur homines in patres- & filios familias. Patres familias sunt personæ liberæ sui juris. Filiifamilias sunt personæ liberæ, patriæ potestati subiectæ.

77 Patria potestas acquiritur I. iustis nuptiis: quos enim liberos legitime quis procreavit, eos in sua potestate non solum ex Jure Civili sed etiam Naturali ordinatione habet, ut dicitur in *lib. 1. tract. l. cap. 2. n. 127.* Dixi: *iustis nuptiis*: cum enim Jura Romana non agnoscat patrem, nisi quem iustæ demonstrant nuptiæ; patriam quoque potestatem non ex aliis, quam iustis nuptiis, cum effectibus inde sequentibus oriri sinitur *pr. Inst. de Patria pot. l. item 3. ff. de His, qui sui vel alieni juris &c.* Dixiterunt: *liberos*; nec distincti, sicut primi vel secundi gradus; filii vel nepotes: nam, insistentè Juri Romano, superne ascenduntur superles masculus & filios & ultiores descendentes sibi subiectos habet *§. ult. Inst. de Patria pot. l. nam civium 4. ff. de His, qui sui vel alieni juris &c.* Quod tamen hodiernâ consuetudine noscitur esse mutatum, ut, si filius Matrimonium contrahat, ac separatim cum eodem mensam habeat, non sit amplius in potestate sui patris, nec illius liberi avo sed patri subdantur ad mentem textus in *l. 1. Cod. de Patria pot. Stryck in usu mod. ad ff. d. t. §. ult. & ad tit. de Adopt. §. 18. & seq.*

81 II. acquiritur adoptione; quæ duplex, adoptio in specie, & arrogatio. Adoptio in specie est, quâ filiusfamilias in filium assumitur. Arrogatio est, quâ paterfamilias seu homo sui juris in filium adscitur. Adoptio in specie non tribuit adoptanti potestatem patriam, sed illa penes naturalem patrem remanet; præterquam si pater naturalis uni ex ascendentibus, seu paternis seu maternis, filium in adoptionem dederit: tunc enim, quia *concurrunt in unam personam & naturalis & adoptivis jura*, manet stabile jus patris adoptivi, & naturali vinculo copulatum & legitimo adoptionis modo constitutum, ut dicitur Imperator in *§. sed bono 2. Inst. de Adoptione.* Arrogatio potestatem patriam indistinctè tribuit, si modo fiat coram Principe *l. generalis 2. in pr. ff. d. t. vel*

hodie coram aliquo Statu Imperii Harpprecht ad *d. t. Inst. §. 1. num. 6.* Stryck ad *ff. ibid. §. 6.* deinde si expressè consentiat, qui datur in ar-rogationem *l. in adoptionibus 5. ff. eod.* Insuper si consilium propinquorum, nec non tutoris aut curatoris, si quispiam adit, accedat *l. quodne 8. ff. l. impuberes 2. Cod. eod.* denique si, arrogatò impubere, arrogator idoneè caveat, quòd, ipsò ante pubertatis annos mortuò, bona ejus relinquere velit hæredibus ab intestato, vel illis, ad quos, arrogatione non facta, devenissent; quòdve, si arrogatum absque iusta causa emancipaverit, vel præterierit, præter bona ipsius propria, quartam suorum bonorum relinquere velit *§. cum autem 3. Inst. d. t.*

Quinam sint effectus patriæ potestatis, proß exigentia insituti mei suis in locis annotabo. Unus non omnino dissimulandus, qui reperitur in *l. si quis 2. Cod. de Patrib. qui filios suos distinxerunt*, ubi patri facultas datur, liberos, quos habet in potestate, propter necessitatem extremam vendendi; non quidem ut liberi libertatem perdant, sed potius operis suis carere, easque in utilitatem alterius exhibere debeant; prout hodie saltem ejusmodi venditionem subsistere, defendit Stryck ad *tit. de his, qui sui vel alieni juris &c. §. 6.*

Solvitur patria potestas I. morte seu naturali seu civili, tam ex persona patris, quam filii, contingente *prin. Inst. Quib. mod. finis patriæ potest. solvit.* II. *signitate*, non qualicumque, sed summa seu præstantiori, qualis tempore Romanorum in politicis erat patriatus *§. filiusfamilias 4. Inst. d. t.* nec non succedente tempore consulatus & præfectura, tum Prætoriana tum Urbana Nov. 81. cap. 1. §. 1. in Ecclesiasticis est Episcopatus *cap. per venerabilem 13. §. per simile Qui filii sint legit. Auth. sed Episcopalis Cod. de Episcop. & Cleric.* III. *91* *Doctores*, non quidem scorum, sed una cum Cathedra seu Professura consideratò *Luit. Cod. de Decurionib. l. Medicis 6. l. ult. Cod. de Profess. forib. & Medic.* IV. emancipatione, quâ filius à patre, mutuo consensu interveniente, coram legitimo Magistratu & potestate dimittitur *§. præter 6. §. ult. Inst. de Patria pot. Novell. 89. cap. 1.*

De Clericatu dictum est in *lib. 1. tom. 4. cap. 93. ult. num. 581.* quòd filiumfamilias è sacris paternis non eximat. Quod tamen de negotiis profanis exaudiri volo: nam in causis beneficiorum

nefamilibus & spiritualibus filiusfamilias pro patrefamilias reputatur cap. ult. de Judic. in 6. ubi Passerinus in Commentar. à num. 95. De Professione Religiosa dicemus infra in cap. 3.

94 Ex statu familia nascitur actio præjudicialis filiamis, quæ vel pater experitur adversus filium, eumque à se conceptum esse, præterit; vel filius experitur adversus patrem, seque

genuinum illius filium esse, asseverat. Manzius in rr. de Actionib. pag. m. 191. n. 1. & seqq. Clariff. D. Franz ad civ. de Actionib. p. 4. sect. 3. membro 2. per eos.

De alia divisione, quæ homines à natalibus dividuntur in legitimos & illegitimos, ejusque effectibus agam in hoc lib. tract. 4. & libro 4. rr. 2. cap. 3.

SECTIO II.

De Personis Ecclesiasticis in Communi.

SUMMARI A.

96. Persona Ecclesiastica nomenclatura. 97. Synonymia. 98. Descriptio. 99. & seq. Est persona, à curis & negotiis secularibus abstracta. 101. & seq. Divino servitio specialiter deputata. 103. Ex auctoritate Ecclesiastica. 104. & seq. Dividuntur Personæ Ecclesiasticæ in Sæculares & Regulares. 106. & seqq. Regulares nomine Clericorum in favorabilibus, non in odiosis, comprehenduntur. 110. & seq. Utrius etiam Eremitæ sic comprehenduntur? Sub distinctione resolvitur. 112. & seqq. An etiam Canonici sæculares eò nomine subintelligantur? Disputatur, & affirmativa non improbat. 116. Alii qui Clerici sunt simplices; alii qualificati. 117.

In favorabilibus promissæ accipiuntur. 118. Non item in odiosis. 119. & seq. Quidam sunt Majores; quidam Minores. 121. & seqq. Clericatus origo multis ex rationibus DEO tribuitur. 126. Clericatus probari debet. 127. Nisi Clericus sit in possessione. 128. & seqq. Modi Clericatum probandi recensentur. 131. & seqq. Explanatur textus in cap. 1. de Cleric. peregrin. 134. Solum juramentum non sufficit ad probationem. 135. Ostenditur, quid agendum, si Clericus literas ordinationis amiserit? 136. Quinam sint habendi pro Clericis peregrinis? 137. Quandonam privatim celebrare permittantur?

§. I.

Quid sit Persona Ecclesiastica.

96 Persona quoad indolem & varietatem suam in communi descripta, nunc ad considerationis lancem appendenda est Persona Ecclesiastica, exinde sic appellata, quòd in Ecclesia Catholica speciale gradum & præminentiam habeat juxta textum in cap. ult. Dist. 4. ibi: Sacerdotes, & Diaconi, & reliqui omnes, quos dignitas Ecclesiastica gradus exornat &c. & cap. presens Clericus 4. XX. q. 4. Clem. multorum 2. de Pen.

97 Alias Persona Ecclesiastica in Jure Canonico plerumque sub nomine Clerici designatur: Clericus autem, secundum D. Isidori & Hieronymi nomenclaturam, à forte vel hereditate denominatur: quia reverè Clerici ad fortem Domini & hereditatem DEI vocantur. Textus in cap. Cleros 1. Dist. 21. cap. Clericus 5. XII. q. 1. cap. cum secundum 16. de Præbend.

98 Describi potest Persona Ecclesiastica, quòd sit persona, à curis & negotiis secularibus abstracta, ac Divino servitio, autoritate Ecclesiastica specialiter deputata.

99 Dixi I. persona, à curis & negotiis secularibus abstracta. Est enim alia professio Ecclesiasticorum seu Clericorum, alia Laicorum. Hi temporalia curare, victum & amictum labore manuum, negotiatione, aliisve modis promereri, mundum propagare, causas forenses tractare, &c. debent cap. duo sunt 7. XII. quest. 1. 100 Illi, ab ejusmodi laboribus & functionibus

separati, DEUM ac Divina principaliter querere tenentur, veluti statim exponemus, & docet D. Hieronymus in civ. cap. duo sunt, &c. & cor. tit. Ne Clerici vel Monachi secularibus negotiis se immisceant.

Dixi II. Divino servitio specialiter deputata, 101 Finis itaque, quin & munus præcipuum Personarum Ecclesiasticarum est, ut ministerium Divinum obeant, officia & exercitia spiritualia peragant, ac in Ecclesia pro DEI gloria & salute fidelium operam indefessam impendant.

Hinc est, quòd Ecclesiastici & 102 Clerici tam in Sacris Literis, quam in SS. Canonibus, imò etiam in Legibus Civilibus honorentur, ac inter plurima præconia ministri, servi, domestici, dispensatores, & speciales amici DEI nominentur, uti videre est 2. ad Ephes. cap. 19. cap. quis dubitet 9. & seqq. Dist. 96. cap. Sacerdotes 41. XI. q. 1. l. officiales 4. & passim Cod. de Episcop. & Clericis li. atrocem 4. Cod. de Injur.

Dicitur III. auctoritate Ecclesiastica; hoc 103 est, iussu, concessione, vel approbatione Summi Pontificis, Episcopi, vel aliorum Ecclesiæ Prælatorum. Neque enim pro Clerico, seu Sæculari, seu Regulari, agnoscitur, qui proprio motu Divinis obsequiis seipsum mancipat, vel institutum quoddam Regulæ profectetur arg. cap. un. de Reliq. dom. in 6. Clem. un. & Extrav. Joan. XX. II. un. eodem. Addantur textus complures in cap. plerique 5. & seqq. VIII. q. 1.

§. II.

§. II.

Quotuplex sit Persona Ecclesiastica?

104 Personarum Ecclesiasticarum seu Clericalium ingens est diversitas. Primò enim quedam sunt Sæculares, quedam Regulares. Sæculares sunt, non quæ vitam cum Laicis communem vivunt, sed unà cum Laicis in sæculo & mundo viventes, citra professionem certæ Regulæ, Divino servitio sunt mancipatæ. Eòque sensu legendum & intelligendum est cap. ad audientiam 31. de Rescript. in plenalectura, quam exhibet ibid. Gonzalez num. 2. in verb. Laici Clerici. Regulares sunt, quæ, postquam sæculo mundoque nuntium remisere, specialem quandam vivendi modum cum emissione trium votorum substantialem, juxta Regulam, à Sede Apostolica approbatam, sunt professæ.

105 in verb. Laici Clerici. Regularis sunt, quæ, postquam sæculo mundoque nuntium remisere, specialem quandam vivendi modum cum emissione trium votorum substantialem, juxta Regulam, à Sede Apostolica approbatam, sunt professæ.

106 Circa memoratas Personas Clericales notant communiter Canonistæ, quòd, si reperitur constitutio vel dispositio, de Clericis aut Ecclesiasticis generaliter loquens, eaque in materia favorabilis vel indifferenti vel statum Clericalem decenti versetur, tam Personarum Ecclesiasticarum Sæculares quam Regulares, atque ex his & mares & moniales comprehendat; secus, si materia sit odiosa. Felinus in cap. licet 12. de Offic. Ord. num. 8. Sylvester in Summa verb. Clericus in princ. Card. Tusch. Lit. C. concl. 377. num. 2. & 3. Barbosa Jur. Eccles. Univ. lib. 1. cap. 39. n. 2. Fagnanus in cap. non amplius de Injur. n. 7.

Ratio est: quia ex una parte personæ Regulares sunt verè tum Clericales tum Ecclesiasticæ, utpote in sortem Domini vocatæ, & Divinis officiis dedicatæ per textus in cap. moderamine 23. cap. ex auctoritate 24. cap. sunt nonnulli 25. XVI. quest. 1. Clem. ut il 2. de Stat. & qualis. proficiendor. Ex altera autem parte qualitatem, in Clericis Sæcularibus haud reperibilem, professionem videlicet certæ Regulæ, præferunt. Ergo, si materia favorabilis aut indifferens, aut Statuti Ecclesiastici sit conveniens, oportet nomen Clericorum aut Ecclesiasticorum latius accipere, atque ad Regulares utriusque sexus extendere, prout textus & exempla sunt in cap. si quis suadente 29. XVII. q. 4. cap. licet 12. de Offic. Ord. cap. inherentes 1. de Juram. calumn. cap. de Clericis 1. de Regular. cap. de monialibus 33. de Sentent. excommunicat. cap. ad Apostolica 2. §. præter hoc de Sentent. & re judic. in 6. cap. animarum 1. de Sepul. eod. in 6. Trid. Concil. Sess. 20. 109 de ref. cap. 1.

109 de ref. cap. 1. Contra si materia sit penalnis, odiosa, vel Regularibus haud conveniens, debet restringi, & ad solos Clericos Sæculares coarctari per cap. odia 15. de R. F. in 6.

110 An autem & Eremitæ Clericis annumerentur? Ambiguum quidem, sed adminiculò distinctionis resolvendum est. Refert nimirum, an Eremitæ Vota substantiaalia DEO nuncupaverint juxta Regulam approbatam; vel saltem authoritatè Ecclesiasticà Regularem habitum induci cuidam Ecclesiæ vel Oratoriæ. SCHMIEB JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

torio inserviant; an econtrà pro suo libitu sumplerint habitum, ac ubicunque volunt, per sylvas, civitates, & oppida vagentur? Eremitæ priores, cum nomen & officium cum Clericis habeant commune, Clericis rectè annumerantur per cap. qui verè 12. XVI. q. 1. Eremitæ posteriores, sicut munus & officium Clericorum dedignantur, ita eorum numerò sunt excludendi. Innocent. in cap. cum Monasterium 13. de Elect. Riccius in praxi p. 2. resolut. 149. num. 2. & 3. Barbosa J. E. II. lib. 1. cap. 39. §. 1. num. 23. Fagnanus in cap. nullus 2. de foro compet. n. 61. & 63. P. Reiffenstuel ad lib. 3. Decret. tit. 1. n. 24. & seqq.

An etiam Canonici sæculares, quæ in diversis provinciis, nominatim in Germania, reperiuntur, instar Canoniorum Sæcularium, sine professione vel votorum emissionè, in communi viventes, personis Ecclesiasticis sint accensendæ? Magis ambiguum est: quandoquidem in Clem. attendentes 2. §. illas quoque &c. de Statu Monach. earundem status & vivendi conditio non approbat ab Ecclesia; ideòque nec illarum personarum esse spirituales, sed sæculares, asserit Card. de Luca de Regularib. disc. 1. n. 129. nec illarum domus aut Collegia locis piis annumeranda, sed, ut loca profana, Sæcularium Principum Jurisdictioni subiecta manere, existimat Pignatell. tom. 2. Consult. 65. n. 20. Nihilominus 114

quia talium Canonisarum institutio in Clem. non reprobat, sed, ut probè notavit Illustrius Vincentius Petra Commentar. in Constit. Apostol. tom. 2. pag. m. 149. n. 19. toleratur: ac præterea in eadem Clemens, expressè subjungitur Episcoporum Visitationi, quæ haud dubiè est actus Jurisdictionis: functiones quoque Canoniorum in officiis Divinis peragunt: sanè erroris damnari non potest, qui hujus generis Canonicas cætui personarum Ecclesiasticarum in favorabilibus, privilegiis nempe clericalibus, aggregat; exemplò Tamburini, de Jure Abbatis, dist. 7. q. 4. num. 6. docentes, quòd in odiosis nomine Clericorum non veniant; veniunt itaque, per argumentum à sensu contrario, in gratiosis & favorabilibus.

II. ex Personis Ecclesiasticis quædam potè sunt appellari simplices, quæ nempe ne dignitate fulgent, nec personatu potiuntur, nec in Ecclesia Cathedrali Canonice obtinent; alie possunt nominari qualificatæ, quibus nobilior qualitas suffragatur, puta dignitas, personatus, vel Canonatus Cathedralis. Ubi rursus ex recepta Canonisarum opinione 117 sub appellatione Clericorum in materia odiosa veniunt soli Clerici simplices per textus in cap. Sedes Apostolica 15. de Rescript. ibi: majores & digniores persona sub generali clausula non intelligantur includi, &c. cap. statutum 22. de Elect. in 6. cap. quia periculosum 4. de Sent. excommunicat.

118 *rod. in 6.* Quamvis aliis Clericale nomen, absolute pronuntiatum, Canonicos, Prælatos, & Episcopos &c. complectatur per *cap. cum tibi 18. de Verbor. significat.* ubi Abbas n. 1. & 3. *cap. per exemptionem 9. de Privileg. in 6. Cardin. Tufchus Lit. C. conclus. 377. n. 4. & seqq.* Barbosa *cit. cit. cap. 39. n. 3. & seqq.* Fagnanus in *cap. bona memoria 3. de Postulat. n. 12. Reiffenstuel cir. loc. n. 14. & seqq.*

119 III. quidam sunt Clerici Majores, quidam Minores. Majoribus accensentur Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, Episcopi, Archi-Episco-

pi &c. Minoribus adscribuntur Ostiarii, Leitores, Exorcistæ, Acolythi; quin & primæ tonsuræ solum initiati. Tamen enim 120 prima tonsura non fit Ordo, quatenus dicitur Sacramentum, prout traditum erat in *Lib. I. tr. 4. cap. 1. à num. 29.* attamen est Ordo, quatenus confertur gradum in Ecclesia, & tonsuræ efficit Clericos ac DEI speciales ministros juxta textum in *cap. Cleros 12. Dist. 1. d. cap. cum contingat 1. de Exate & qual. presbendor. cap. ex literis 6. de Translat. indeque juribus & privilegiis Clericorum gaudent.*

§. III.

Undenam suam originem acceperint Persona Ecclesiasticæ?

121 Personæ Ecclesiasticæ quoad statum & gradum suam originem à DEO accepisse, nullus ambigo, nec ambigit post Glossam in *cap. si Imperator 1. Dist. 96. & Panormitan. in cap. sicut de Major. & Obv. n. 4. Magnif. D. P. König ad Lib. III. Decretal. tit. I. n. 3.* Ratio est: partim quia jam in Veteri Testamento peculiari Ministri & Sacrorum Dispensatores ex Ordinatione Divina constituti erant; adeoque non licet dubitare, quin in Testamento Novo, ubi Sacra Ministeria sunt longè plura & nobiliora, singulares Ministri & Dispensatores ex Divina Voluntate sint deputati. *cap. Cleros 1. Dist. 21. cap. duo sunt 7. XII. q. 1.* partim quia non minus Clerici ordinati à DEO suum habere debent exordium, quam ipse-

§. IV.

Quomodo probetur aliquis esse Clericus, seu Persona Ecclesiastica?

126 Clericatus & Statum Ecclesiasticum, cum facti sit, nec alicui agnoscatur, sed extrinsecus adveniat, probandum, nec antea Clericum ad munia Clericalia admittendum esse, pro certo teneo per textum in *cap. tua 327 nos 1. & seqq. de Cleric. peregrin.* præterquam si quis in quasi-possessione existeret: eo quod pro Clerico vel Religioso propter diuturnam habitus deportationem communiter fuisset habitus arg. *l. circa eum 14. ff. de Probat. & cap. si Judex 12. de Sent. excommunicat. in 6.*

128 Probatur autem Clericatus & Status Ecclesiasticus I. per literas formatas, dimissoriales, aut recommendatias proprii Prælati seu Episcopi per *l. si qua 23. §. 2. Cod. de Episcop. & Cleric. cap. extraneo 7. Dist. 71. cap. tua frater natus 3. de Cleric. peregrin.* II. per attestacionem ex Libro Ordinatorum, aut alio instrumento publico vel authentico legitime desumptam arg. *cap. penult. & ult. de Fide instrum. 131 comentor.* III. per depositionem duorum testium *d. cap. tua fraternitatis 3. imò etiam unus, quando de nullius præjudicio agitur, secundum decia in Lib. II. tract. 3. cap. 5. num. 144.*

131 Equidem in *cap. tua nos 1. de Clericis peregrin. Lib. II. tr. 3. cap. 7. à n. 8. & 183.* probatà, nec juramentum suppletorium defertur, nisi semiplenè fuerit probatum; nec etiam defertur judi-

judiciale, nisi præsumptio quadam juranti vel jurato suffragetur.

135 Si questionem promoveas: quid agendum sit Clerico, qui literas ordinationis suæ perdidit, aut propter hostilem incursum eas ab Ordinario petere non potuit?

Resp. quòd, si fama communis ejusdem Clericatus non patrocinetur, vix aliud remedium sperabit, quàm ut tenorem literarum amissarum per testes idoneos probet, aut saltem ostendat, se in sua patria pro Clerico habitum, nec accessum ad Ordinarium, ob irruptiones hostium, permissum fuisse. Legatur textus in *cap. tua fraternitatis 3. de Cleric. peregrin.*

136 Planè si Clerici non omnino sint ignoti, cu-

jusmodi reputantur illi, qui ex vicinis Diocesis adveniunt, possunt de consuetudine, quam in *d. cap. tua fraternitatis 3. in verb. qui pœnitus sunt ignoti, & Trid. Concil. d. sess. 23. de Reformat. cap. 16. in verb. vagi & ignoti, & incertis videntur sedibus &c.* non obcurare probatam existimò, ad functiones Clericales admitti, tamen probationem aliam facere nequeant. Zypæus in *Analyti Juris Pontif. ad tit. de Cleric. peregrin. Clariss. P. Wiestner cod. tit. num. 4. Clariss. P. Schmalzgrueber ibid. sub num. 3.* Possunt etiam ad celebrandum in loco privato admitti Clerici, profrus incogniti, si modò non videantur esse suspècti per textum in *cap. tua fraternitatis 3. in fin.*

SECTIO III.

De Personarum Ecclesiasticarum Obligationibus.

SUMMARIA.

138. Generale monitum de honestate Clericali. 139. Speciale de honestate interna. 140. Uti & de honestate externa. 141. Snaudetur continentia. 142. Temperantia. 143. Fuga domuum & conversationum suspèctarum. 144. Omisso latus fortuna. 145. Odium Avaritia. 146. Abstinencia ab armis. 147. Declinatio negotiorum secularium. 148. & seqq. An etiam Clerici teneantur Studium Juris Civilis & Medicinæ vitare? 149. Clerici teneantur habitum & tonsuram portare. 155. & seqq. Determi-

natur quantitas & qualitas habitus. 158. & seqq. Determinatur modus tonsuræ. 160. Prohibetur usus beruce. 161. & seqq. Penam non portantium habitum. 163. Clerici minores, habitum non portantem, non gaudent privilegio fori. 164. & seqq. De aliis privilegiis disceptatur. 169. & seqq. Recuperaunt sua privilegia, si restituerint habitum. 172. & seqq. Adstruuntur causas, ex quibus habitum vel tonsuram portare non teneantur Clerici, saltem impune. 176. & seqq. Ostenduntur, utrum & quibus Clericis annulum ferre liceat?

De interna honestate Personarum Ecclesiasticarum.

138 Cùm Personæ Ecclesiasticæ ex ante dictis in fortem & hæreditatem Domini vocatæ, non amplius mundo sed DEO vivere obstringantur, per necessum est, ut omnem quam traducunt, vitam tam honestè & religiosè peragant, ne vel ministerium, ad quod destinata sunt, Supremo Numini reddatur abominandum; vel secularibus, quibus exemplò præluere deberent, exinde detur occasio scandali. Textus egregii & appositi sunt in *cap. beatus Petrus 5. Pl. q. 1. cap. qualis enim 21. VIII. q. 1. Concil. Trid. sess. 22. de Reformat. cap. 1.*

Præcipuis autem interna honestati, con-139 scientiæ nitenti, animæ puritati studentem, oportet: quoniam ex animo malè disposito nequeunt bona prodire opera; neque placere DEO potest obsequium, quod ex infecta & maculata radice procedit, prout passim S. Scriptura inculcat *Ecclef. 15. v. 9. ff. 52. & SS. PP. exhortantur, præsertim D. Gregor. hom. 7. in cap. 10. Luca. ad quos, sicut & libros spirituales, hoc in passu Clericos remitto. Legatur etiam textus in *cap. omnia 78. l. q. 1. cap. ult. XV. q. 8. cap. ult. de Cohabitat. Clericor.**

De externa morum compositione.

140 Cùm interna mentis honestate debet esse conjuncta exterior morum compositio: sic enim (verba sunt Concilii Trident. *cit. Sess. 22. de ref. cap. 14.*) decet omnino Clericos, in fortem Domini vocatos, vitam moresque suos omnes componere, ut habitum, gestum, incessum, sermone, aliis que omnibus rebus nil nisi grave, moderatum, ac religione plenum præferant.

adeò maculat Ecclesiasticus, quam immunditia flagitium. II. Si ab ebrietate & crapula 142 la sibi temperent, maxime tali, quæ, mentis inducit exilium, & libidinis provocat incitium *cap. à crapula 14. ead. nam omnium vitiorum fomes ac nutritrix est. cap. ult. Dist. 35. cum quo concordant cap. luxuriosa 3. & seqq. ead. Dist. III. 143* Si popinas, domos, conversationes, & sodalitia suspecta devitent *cap. Clerici 15. cit. tit. mala quippe societas bonos quoque vel depravare, vel denigrare potest; eaque de causa Num. 16. v. 26. legitur: recedite à tabernaculis impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne in-*

144 **U**oluntate peccatis eorum, illi non IV. Si fugiant a leas, omnemque lufum, etiam perfonis Sæcularibus in *fr. & Cod. de Alcor.* interdicitum, qui nempe fortunâ potius quam arte regitur, nec tam recreationis aut amicitie causâ, quam temporis lucrî gratiâ instituitur *d. cap. Clerici 1. §.* Neque enim pecunias prodigere, sed in usus pios convertere decet *cap. Clericus 5. cap. quia 14. §. 1. de Res. Ecclesia 26. XII. q. 1. §. 1.* V. Si vitium avaritiæ, quod cupiditatum radix & idolorum servitus nuncupatur in *cap. bonorum 7. Dist. 47. cap. cum omnis 20. l. q. 1. de Res. Ecclesia.* Reddit namque, teste P. Engel ad *tit. de Vita & hon. Cleric. n. 13.* Clericos summopere exosos, si terrens lucris inhiantes, magis opes quam oves augere desiderant. VI. Si armorum usu & gestatione cessent *cap. Cleric. 2. d. 2. ubi Clerici, arma portantes, excommunicari jubentur; & Clem. in in agro 1. §. quia vult de Statu Monach. ubi Monachi, arma sine licentia Prælatorum intra Monasterii septa tenentes, ipsos factò pro excommunicatis declarantur.* Clericorum enim & Ecclesiasticorum arma dicuntur esse orationes & lachrymæ *cap. non pila 3. cap. convenit 21. §. quid ergo XXIII. q. 1.* VII. Si secularibus negotiis, quorum nomine non solum intelliguntur actiones & functiones ex natura sua turpes, sed omnes, quæ magis factuales homines, quam Ecclesiasticos decent, se non immisceant juxta *rubr. cap. multa 1. cap. Sacerdotes 2. cap. sed nec 4. & §. 1. de Cleric. vel Monachi secularibus negotiis se immisceant.* Siquidem, ut monet Apostolus, nemo militans DEO implicat se negotiis secularibus *148 d. cap. sed nec 4. Et licet in cap. non magnopere 3. & cap. ult. d. tit. inter mundanas occupationes studium Physicæ seu Medicinæ & Juris Civilis numerari, ac Religiosis & Clericis Sæcularibus prohiberi videatur: attamen communior Interpretum explicatio est, quod talis prohibitio neutiquam ad studium Juris Civilis extendatur, quando non principaliter intenditur, sed in adiutorium & subsidium Juris Canonici vel etiam Theologiæ suscipitur.*

§. III. De Habitu & Tonsura.

154 **H**onestatem externam non parum commendat habitus & tonsura Clericalis etenim, ut eleganter perorat Concil. Trident. *sess. 14. de Reformat. cap. 6. est habitus non faciat Monachum, oportet tamen Clericos vestes proprio congruentes Ordinis semper deferre, ut per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant.* Quomodo habitus Clericalis debeat esse formatus, specificè non exprimitur in Jure; præterquam quod in *tit. de Vita & hon. Cleric. præcipitur, ne brevitare sit deficiens, vel longitudine excedens.* Joan. Carol. Antonelli de *Jur. Clericor. lib. 2. cap. 1. n. 4.* Interim prohibetur, ne color in pannis sit rubens

Cessat namque tunc ratio prohibitionis in *tit. 149 cap. non magnopere 3. expressa, ne occasione scientia spiritalis Viri mundanis rursus adhibitis involvantur* quando Legum Civilium peritia, sine qua SS. Canonum uti & Theologiæ Moralis solida notitia haberi non potest, ad intelligendos melius Canones vel Theologiam appetitur; ipsique Pontifices passim in Decreto & Decretalibus Leges Civiles allegare, imitari, explanare, immutare non ventur; ac insuper in notissimo *cap. 1. de N. O. N. fatentur, Sacrorum statuta Canonum Principum constitutionibus adjuvari.* Panormitan. in *tit. cap. ult. No Clerici vel Monachi n. 8. Hostiensis ibid. num. 3. P. Engel ed. tit. n. 6. P. König ibid. n. 6.*

Minus autem prohibentur censetur, Leges Civiles, vel etiam Physicam seu Medicinam, docere: licet enim in *tit. cap. non magnopere 3. Clerici & Religiosi prohibentur Leges aut Medicinam legere:* attamen per ly legere nil aliud intelligitur, quam audire vel discere, prout liquescit ex *tit. cap. ult. in pr. ed. tit. tum quia 18 (prædicendò à Medicina, cujus professio perfonis Ecclesiasticis minus convenit) docere Leges, & homines erudire ad justitiam, à Legibus intentam, non tam actio mundana quam pia & meritoria est per *cap. ult. de Magistr. tum quia 152 quia per pauò reperitur, qui privatus studio inclauditur, vel antea in seculo tantum in Legali prudentia fecere progressum, quantum in Professore Juris Civilis requirere solemus: ut proinde non possit habere locum querela Honorii Pontificis in *tit. cap. ult. in fin. quod per professuram Legum Clerici & Religiosi à studio Theologiæ abstrahantur.* Panormit. *tit. l. n. 16. Fagnanus ibid. n. 41. Gonzalez in cap. non magnopere n. 5. P. Wiestner ad *tit. n. 25. Schambögen ibid. n. 12. & novissime Illustr. Vincentius Petra Commentar. ad Constit. Apostol. tom. 4. pag. m. 359. n. 20. qui posteriori 153 Author p. 360. n. 22. cum Fagnano d. l. n. 8. & aliis rectè inferit, quod etiam perfonis Ecclesiasticis Gradus Doctoralis ex Jure Civili, vel (quod rarius est) ex Medicina conferri possit.****

aut viridis; ne vestis sit fulgida, virgata, vel parvita, hoc est, diversis coloribus distincta; ne sibilis vel corrigia sint ex auro vel argento; ne unguenta, ad bonum odorem conciliandum, applicentur; ne denique pompam & fastum habitus redoleat. Videantur *cap. parvimonium 5. Dist. 4. l. cap. omnis justitias 1. cap. precipimus 5. XXI. q. 4. d. cap. Clerici 15. de Vita & hon. Clericor.* Nihilominus observandum erit, vestimenta Clericalia tum censeri concendentia, quando communi usui & consuetudini provincie, in qua commorantur Clerici, correspondent: Barbosa *Juris Eccles. Univer. lib. 1. cap. 40. n. 20. Antonelli d. cap. 1. n. 4.* Tonsura Clericalis apud omnes perfonas Clericales antiquitus erat talis, qualis hodie Religiosorum & Monachorum est. Radebantur nam-

namque in capite, & crines omnes abscedebantur, sola coronâ in medio capite relicta juxta *cap. prohibere 21. & cap. non liceat 32. Dist. 23.* idque vel in memoriam coronæ spineæ Christi Domini; vel in symbolum servitii Divini, quod regium esse censetur, in usu & præcepto erat. Conferantur Acta Apostolorum *cap. 18. & cap. 21. & cap. duo sunt 7. XII. quest. 1. 159* Barbosa *tit. cap. 40. n. 5. & 6.* Hodie tamen à Clericis Sæcularibus, præter Romanum Pontificem, solummodò parvum aliquem circum, in vertice abrafum, portari videmus; salvâ nihilominus prohibitione Juris Canonici in *cap. Clerici 22. & seq. Dist. 23. cap. si quis 4. & cap. seq. de Vita & hon. Clericor.* ne Clerici comam vel barbam nutrire, id est, taliter relaxare præsumant, ut aures non pateant, veluti explicat Barbosa *tit. l. n. 8.* Unde à fortiori deducitur, Clericos non licere, absque rationali causa gestare comam fictitiam, vulgò beurrcomam, præsertim sub tremendo Missæ sacrificio, quod, cum ex antiquissima constitutione *cap. nullus 57. de Consecrat. dist. 1. non debeat offerri velatò capite, sine Pontificia dispensatione in ejusmodi capillo adsciticio offerri nequit, uti censuit S. Rituum Congregatio die 31. Jan. 1626. & Anno 1692. declaravit Innocentius XII. P. Krimer ad *tit. de Vita & hon. Clericor. num. 24. P. Reiffenstuel ibid. num. 92. & seq.* Quodsi Personæ Ecclesiasticæ aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia, vel beneficia quacunque Ecclesiastica obtinuerint, ac, postquam ab Episcopo suo, etiam per edictum publicum monita fuerint, honestum habitum Clericalem, illarum ordini & dignitati congruentem, & juxta ipsos Episcopi ordinationem & mandatam non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, officio & beneficio, ac fructibus, redditibus, & preventibus ipsorum beneficiorum, nec non, si post correptionem denudò in hoc deliquerint, etiam per privationem officiorum & beneficiorum hujusmodi coerceri possunt & debent. Ita in terminis ferè constituit Trid. *d. sess. 14. de Reformat. cap. 6. & innovavit constitutionem Clementis V. quæ habetur in Clem. quoniam 2. de Vita & hon. Clericor.**

163 **Q**uæres I. num etiam Clerici in minoribus portare teneantur habitum & tonsuram? Resp. si beneficium non habeant, illos non teneri, quemadmodum ex *tit. Concil. Trident. d. sess. & cap. 6. item sess. 23. de Reformat. cap. 6. deducitur.* Si tamen habitum & tonsuram non portaverint, nec privilegii fori potiuntur, veluti in *d. sess. 23. cap. 6. dilertè statutum est;* nec aliis privilegiis Clericalibus, prout in specie de privilegio testandi de bonis, post Clericatum à Clerico filiofamilias acquisitis, Rota Romana decidit in *rec. p. 15. dec. 257. n. 6. & p. 17. dec. 304. n. 19. & p. 18. dec. 10. n. 10. ex ratione generali, quod Clerici minores, habitum non portantes, non gaudeant privilegiis Clericatis.* Card. de Luca de *Servit. disc. 6. §. 18. ubi rationem addit aliam, quod, cui ne-*

gatur majus ac præcipuum privilegium, Clericatu connaturali, etiam de Jure Divino juxta opinionem, apud Canonistas & Moralistas magis receptam, multò magis deneganda sint alia privilegia exorbitantia & accidentalit. Quod ipsum in specie de privilegio canonis val. 166 de *probabiliter docent Layman Theol. Moral. lib. 2. tract. 5. p. 2. cap. 5. n. 5. Suarez de Censur. tr. 5. dist. 12. sect. 1. n. 11. Engel ad *tit. de Vita & hon. Clericor. n. 9. partim quia Concilium Trident. licet expressè solius privilegii fori meminert, attamen privilegium canonis, cuius minus potens, tacitè subintellexit: partim quia indignus est immunitate Clericali, qui se Clericum esse, signò exteriori non ostendit; & cum instar Laici incedat, instar Laici tractatur arg. cap. si Fudex 12. de Sent. Excommuni. in 6. ibi: justum est, ut talis, quem gestat ex habitu, præsumatur, qualis is esse, cujus ferè habitum, comprobatur partim quia de Jure Communi jam olim in *cap. 168 nn. de Cleric. conjugati in 6. sanctum erat, quod privilegium canonis deportationi habitus & tonsuræ sit annexum, non tantùm in Clericis conjugatis, de quibus est aperta mentio, sed etiam non conjugatis, prout textum impensius examinatè patebit. Dissidentur Barbosa *tit. lib. 1. cap. 39. §. 1. num. 3. Pignatelliom. 3. consult. 7. n. 79. König ad *tit. de Vita & hon. Clericor. n. 23. Wiestner ibid. n. 54. Reiffenstuel n. 80. & seqq. quibus patrocinatur Rota Rom. in *rec. p. 14. dec. 553. n. 34. & seqq. nec non aliquot Declarationes Sacrarum Congregationum, quas adducit Illustriss. Vincent. Petra tom. 2. Commentar. Apostol. pag. m. 356. n. 49. & pag. 377. n. 51. & rursus opinionem contrariam tueri in *rom. 4. pag. 450. Quæres II. an Clericus Minoritæ, habitum semel dimissum, aut nunquam assumptum, com tonsurâ assumens, privilegia sua recuperet? Resp. affirmative. Ita Covarruv. *pract. quest. cap. 37. num. 8. Antonellid. cap. num. 3. Wiestner d. p. num. 55. Reiffenstuel num. 72. Vincentius Petra pag. 453. num. 29. & indicavit Rota Rom. d. 14. dec. 533. num. 40. & seq. Colligitur ex Clem. Anastasii 1. de Vita & hon. Clericor. ubi Clerici, ubi Clerici, qui negotiis factularibus fordioribus semer immisceant, post legitimam admonitionem non respicunt, tandiù privilegii Clericali privantur, quàm diù præmissis (id est, ejusmodi indecentibus muæribus) insistunt: ex quo inferitur a pari, Clericos, habitum & tonsuram non portantes, tandiù solum Clericali privilegii destituti, quàm diù habitum & tonsuram non repetunt. Neque enim, ut aliqui putant, Clericis privilegii privatiò resultat ex tacita renuntiatione, utpote quæ Clericis est interdicta per *cap. si diligenti 12. de Foro comper. & cap. un. de Cleric. conjug. in 6. sed ex defectu conditionis, seu neglectu habitus & tonsuræ, cui Clericale privilegium est alligatum. Quæres III. possint Clericus, habitum & tonsuram non portans, interdum excusari? Resp. posse; & quidem I. Si periculum imminet, ne ex habitu & tonsurâ dignifica-*********